



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Adoratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A nimè posse cognoscebat. Paulus quoque, qui sexagenarium numerum viduitati dicatum agnoscebat, illi, inquam viduitati, quæ casta, sincera & intaminata in solitudine perleverat, ubi probatam mulierem eligi mandat, quæ junioribus præsit, *Vidua, inquit, eligatur non minor LX. annorum: ad eum usque numerum scilicet, perfectionem in muliere designans, & qui est viro infirmior, non nisi sexagesimum fructum colligit in Divinis literis.* Ideo, si se redemptura sit mulier, Levitico, didrachmas *LXX. offerit, id est, fructum sexagenarium.* Eruditeque ad modum D. Hieronymus causam, ut sexagenarius numerus ad viduas referatur, explicare volens, ad numeri ipsius hieroglyphicum se confert: in quo scilicet pollex à superiore digito deprimitur, arcusque cinctus ab eo in quantis affligatur angustis ipsa viduitas, ostendet, quæ ita sit undecumque cohibita. Mox illud addit ad consolationem: *Quanto scilicet major est difficultas expertæ quondam voluptatis illecebris abstinere, tanto majus propositum esse præmium.*

LXX. ET SEPTENA MILLIA. CAP. L.

EU vero & reliquas tres decadas attingamus, septuaginta exprimebantur, ut Beda tradit, indice ut supra circumducto, pollice vero ita exporrecto, ut in medium indicis artum affigatur. Neque aliud super hoc numero mysticum adinveni. Idem gestus in dextera, sed non ex Bedæ sententia septena millia computabat.

OCTOGINTA, ET OCTONA MILLIA. CAP. LI.

Index idemdem circumflexus, pollexque protentus, ita tamen ut ejus unguis extra medium indicis articulum prominens appareat, octogenarii numeri est hieroglyphicum in lava, in dextera octona millia signat.

ADORATIO. CAP. LII.

Qui quidem gestus ad os admotus adorationis hieroglyphicum est: de quo Apulejus IIII. Metamorph. Et admoventes oribus suis dexteram, priore digito in erectum pollicem residente, ut ipsam prorsus deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur.

NONAGINTA, ET NOVEM MILLIA. CAP. LIII.

Per inflexum autem lavæ indicem, ita ut ejus unguis ad radicem pollicis applicetur, pollex liber extet, qui superiore numero, toto extremo articulo oppressus ab indice, nonagenarius exprimitur. In dextera gestus idem millia novem. Ita cum ad novem & nonaginta perventum est, manus omnis ita clauditur, ut pugnum faciat pollice superextante, & ad mediam infamis dorsum exporrecto. Qui si pugno ita includatur, ut cum ungue suo totus occultetur articulus, sexaginta novem attenuet.

TACITURNITAS. CAP. LIV.

Superesset de myriadibus dicere, quæ per manum variis gestibus modo ad pedus, modo ad femur applicatam indicantur, de quo apud Plautum:

Pectus digitis pulsat, cor credo evocaturus foras.

Ecce autem avoritur nixus lava, in favore habet manum,

Dextera digitis rationem computat, feriens femur.

Sed quoniam intentio nostra fuit hieroglyphica conquirem, non artem omnem numerandi tradere, & argumentum id non indiligenter à Beda explicatum, & jam in omnium manibus versatur: finem huic dictioni facturus, quo numero taciturnitatem Ægyptii soliti sint indicare, non est animus præterire. Erat is utique MXXV. mille scilicet & nonaginta quinque: qui partim dextera, partim lava designabatur. Mille, uti superius ostensum est, dextera manus indice, ad primam sui pollicis suffraginem appresso, summoque ejusdem articulo super indicis ungue inclinato. Quinque vero & nonaginta, in lava tribus inferioribus digitis, inflexo infami, anulari & auriculari porrectis, indicis autem ungue ad infimam pollicis suffraginem affixo. Causam vero cur eo numero taciturnitatem

N n n 2

tatem